

Ibi: Ideo contrarium plerisque placuit.

92 Sed contraria sententia, & sic quod pro primo furto...

Ibi: Quia sic, ut licet Alexander.

93 Licet esse pro simplici furto poenam mortis statuer...

Ibi: His accedit, quod licitum sit.

94 Est de fide, licere malefactores publica Autoritate...

Ibi: Nam quod fures.

De poenis in fures apud diversas gentes statutis...

In primis poena furti de jure Canonico est, ut praeter...

Sed si Clericus latrocinium perpetraverit, deponitur...

De jure nostro Regio, omissis, quae antiquitas observabat...

furti piens ea, quae ad culturam agrorum deseruiunt...

99 De poenis eorum qui in itineribus publicis grassantur...

Jam aliqua de exteris attingamus. Draco, acerbus Atheniensium...

Ad Num. 8. Licere Judicibus, iustis de causis poenas legales...

probat. l. 1. c. 21. n. 30. Cevall. commun. tom. 1. q. 540...

Idem quoad poenas statutarias, ac consuetudine introductas...

Causae autem, quibus moveri possit iudex ad poenas...

Ibi: Quibus non obstat glossa.

Hanc Glossae opinionem comprobare videtur Marcianus...

Ibi: Quia id verum est, postquam juxta legem.

Judex post sententiam nequit poenam, quam juxta legem...



*S. r. C. de sentent. ex periculo recitand. l. poenam 15. C. de pen. glof. verb. onerasset in l. quid ergo 13. S. Poena gra. hor. ff. de iis, qui notant. infra. Farin. d. q. 17. n. 61. Clar. ubi proximè, Gail. d. n. 22. Tusch. d. conc. 255. n. 7. Butr. in c. nisi specialis, de offic. delegat. Ant. Gom. var. l. 3. c. 13. n. 36. Carrer. in prax. tit. de homie. S. Circa quantum, & ultimum, n. 19. Plaçal. l. c. 33. n. 5. in fin. Villad. de heretic. q. 17. n. 5. ubi limitat in crimine hæresis, nam Inquisitores possunt remittere, seu commutare poenam carceris à se impostam: quod probatur in c. ut commissi 12. vers. Nec non: de heretic. in 6. Baiard. ad Clar. ubi proximè, n. 35. amplians, quamvis poena in sententia non exprimitur, quia intelligitur imposta, quæ jure est statuta, juxta l. 1. S. sed non utique, ff. ad Turpillian. & n. 32. probat post sententiam non esse locum transactioni de crimine, Guttier. n. 10. 11. & n. 13. limitat in poena pecuniaria, Pet. Greg. l. 33. c. 27. n. 3.*

Ibi: At prius, quam iudex sententiam ferat.

106 Iudex ante sententiam, potest ex causa poenam legis restringere, vel ampliare, quamquam potestatem dispensandi in crimine non obtineat, Guttier. n. 10. Plaça sup. Farin. n. 25. & alii plurimi ex supra laudatis, & infra referendis. Et si contrarium placuerit Carrer. sup. n. 18. Est tamen dubium, an omnibus Iudicibus talis facultas concedatur? in quo oportet aliquos casus proponere, quemadmodum hæc in re se habuit Menoch. d. l. q. 96.

107 Primus est, cum Princeps Superiore non recognoscens sententiam fert, qui proculdubio poterit à poenis legalibus, intra rationis, ac iustitiæ meras recedere; quoniam omnes ipsi sunt arbitrariæ, Cyriac. contro. forens. tom. 1. contro. vers. 56. n. 1. Farin. n. 60. Ant. Sola d. glof. ult. n. 13. Caball. sup. cas. 294. n. 282. 293. cum seqq. Menoch. ubi proximè, n. 6. Quod adhuc post latam sententiam obtinebit, & hoc est absque controversia, cum ille possit in criminibus dispensare.

108 Secundus, de majoribus Magistratibus, ut Episcopis, Proceribus, Senatu Principis, & similibus; qui tamen facultatem dispensandi super delicto non habent, & aliquibus demptis, quorum supra meminimus, communiter admiffum est, omnibus istis licere poenas legales in ipsa sententia pro facti qualitatibus immutare, ut videre est apud laudatos sup. n. 101. & alios quos refert ac sequitur Farin. n. 67. & nos statim recensebimus. Qui autem majores Magistratus dicantur? plenè explicat Guttier. d. n. 33. Ant. Sola sup. à n. 12. qui in vers. Secundò quantum, limitat prædicta post sententiam, & ita verum est.

109 Tertius est, in quo non levis est dissensio, de Iudicibus inferioribus; & quod adhuc isti valeant poenas legis variare, iusta suadente causa; tenent Ant. Gom. d. c. 5. n. 7. vers. Unum tamen, Ant Sola n. 16. qui sic practicari testatur, Bobadill. d. c. 21. n. 142. Tusch. sup. n. 6. Villadieg. in Polit. c. 23. n. 40. Guttier. n. 31. & plurimi alii, quos in unum congregat Bobadill. n. 139. lit. H. Contrarium verò etiam commune est, ut scilicet inferiores Iudices teneantur Principem consulere, quoties iusta subfit causa ad poenas lege præscriptas non irrogandas, Gail. d. n. 22. Menoch. ubi proximè, n. 18. 19. Bernard. Diaz reg. 433. vers. Limita, gratian. reg. 268. vers. Jura transgredi, n. 1. & alii quos refert Farin. n. 67. Ant. Sola n. 12. Bobad. n. 138. lit. B.

110 Pro quarum opinionum conciliatione placet distinctio Clari d. q. 85. n. 10. Farin. ubi proximè, & aliorum, nam poena potest augeri aut minui ex causa intrinseca, vel extrinseca: primo casu, cum cir-

cunstantia influit in ipsum crimen, itant ejus malitiam in melius, seu deterius immutat notabiliter, ut si quis provocatus occidat, aut si servus, sive famulus in dominum delinquat, tunc Iudex etiam inferior, Principe inconsulto, poterit rigoris habenas comprimere, vel laxare, nam hoc arbitrium à jure habet, cum ei necessariò incumbat poenam pro modo admiffi decernere, ut secundum iustitiam procedat. Secundo casu, ubi qualitas non delictum respicit, sed personam delinquentis, ut pericia insignis, merita egregia in Republicam, vel alia hujuscemodi, solus Princeps, ejusve Supremi Magistratus; aut alius, qui in crimine possit dispensare, remittere, commutareve legales penas permittuntur; quia in hoc desideratur superior auctoritas, quæ decernat, an venia reus dignus sit propter excellentiam, personæ, quod minimè cohæret ipsi iudicio, in quo duntaxat agitur de justa criminis punitione, arque idè iudici cuilibet quoad hoc arbitrium concessum non est, sed superioribus, de quo sup. n. 72.

Quartus & ultimus est casus de delegato iudice: & Menoch. n. 20. 21. quem cum aliis sequitur Farin. n. 66. distinguit inter delegatum à Principe, & ab inferiore, ut qui ab illo jurisdictionem accepit, legis sanctiones ex causa transgredi valeat; ab hoc non utique, nisi delegatus sit à majoribus Magistratibus cum arbitrio ad causam, prout sibi visum fuerit, decidendam. Posset tamen dici juxta nuper traditam differentiam, quod ex causa intrinseca quilibet delegatus permittitur ab ordinaria poena resilire; nam ex quo ei causa commissa est, omnia censentur demandata, sine quibus illa expediri non potest, l. 1. S. ult. l. fin. ff. de offic. ejus: Non autem poterit causa justè terminari, nisi arbitrium sit iudicanti poenam pro mensura delicti præscribere. Quod si causa fuerit extrinseca, omninò verum est, quod Menochio placet; quamquam dubium sit, an possit major Magistratus demandare, quæ sibi specialiter competunt, non propter jurisdictionem, sed dignitatem; argument. d. l. 1. Quæ obtinent, etsi lex jubeat poenam præcisè irrogari, Guttier. d. n. 9. Plaça sup. Farinac. n. 24.

Ex quibus apparet D. Covar. in præfati epistle de commutatione poenæ ex causa intrinseca: quapropter eam omni Iudici permiffam esse affirmat. Quæ licet in se vera sint, inferiores Iudices, imò & majores cautius sibi prospiciant, si ad recedendum ab ordinariis poenis, Principem consulant, dum commodè possunt, nec ipsis imputetur si quid severius, aut levius, quam oportebat, statuerint; prout admonent Clar. d. n. 10. Baiard. sup. n. 38. Bobadill. n. 142.

Præterea admonendum est, quod Iudices, maximè inferiores, debent in sententia saltem generaliter causam, propter quam poenam legalem non imponunt, inferere, notant Farinac. d. n. 62. Clar. ubi proximè, Bobadill. n. 40. Menoch. n. 17. Gail. n. 23. Menchac. illustr. c. 14. n. 5. Tiraquel. in d. præfat. n. 70. Ant. Sola n. 12. Tusch. n. 8. Alioquin si causam non expresserint, nec ex actis consistet, sententia erit nulla, Scaccia de iudic. l. 1. c. 12. n. 96. Bart. in l. quid ergo, S. Poena gravior, ff. de iis, qui not. infra. Mynfing. sup. n. 7. 8. Guazzin. d. defen. 33. c. 17. n. 5. & expressas specificè, vel generaliter Iudex probare tenebitur, quoties fuerit peritum, ut pluribus adductis, docet Bobadill. Adde Guttier. d. n. 17. qui inter superiores, & inferiores Iudices distinguit. Sed quando ex actis causa immutandi poenam legalem apparet, non esse opus causam aliquomodo exprimere, rectè docet post Scac. & Mynfing. Guaz. sup. Utrum Iudex, qui ex causa ordinariam poenam

111

112

nam non irrogat, sed mitiore n, possit subrogare corporalem dubitatur, & quamvis communi sententia doceat, non liceret; tamen aliud in praxi obrinet, de quo videndi sunt Farinac. nu. 72. cum seqq. Guazzin. nu. 4. Tusch. nu. 13. qui plures referunt.

Ibi: Causas verò.

De causis, ex quibus poenæ augeri, aut minui per Iudices possunt, tractant, quos laudavimus sup. n. 103.

Ibi: Quod Iudex.

115 Idem docet Guttier. n. 15. Direct. judic. Eccles. part. 2. c. 11. n. 15. vers. Unde Covar. Clar. d. q. 85. n. 7. ubi alios refert, qui tamen loquuntur in statuto irrogante poenam pecuniariam intra certum diem solvendam, qua non soluta, corporalem inferit; nam reus post lapsum temporis præscripti admittitur ad purgandam moram, & poenam corporis evitabit. Contrarium verò scripsere Bart. in l. 2. num. 4. vers. Si verò inducitur: & num. 5. de public. judic. Roman. in l. 1. S. Et post operis, n. 16. ff. de non oper. nunciat. quos laudat, & sequitur Menoch. conf. 712. n. 3. 4. Illud certum est iudici licere poenam pecuniariam exigere, omiffa corporali; Guazzin. defen. 33. c. 12. n. 7.

Vers. Postremò, illud est.

116 Adde Tridentin. ses. 25. de reformat. c. 3. & 14. quibus præcipitur Iudicibus Ecclesiasticis, ut poenas pecuniarias pro excessibus injungant, c. quamquam, in fin. 23. dist. c. deservit 17. q. 4.

Vers. Primum, non esse æquum.

117 Iudices Ecclesiasticos perperam facere, si pro scelerebus pecuniariam poenam frequentè imponant, maximè cum per hoc præstetur occasio, ut iniqui in suis excessibus persistant; notant Salon. de just. & jur. q. 67. art. 4. vers. Circa eandem, Guttier. practic. lib. 4. q. 46. n. 7. glof. ult. in c. si vos, 35. 23. quest. 5. Nam ut ait Arnob. lib. 7. advers. gent. Crescit multitudo peccantium, cum redimendi spes datur, & facile iur ad culpam, ubi est venalis ignoscendum gratia, & faciunt dicta sup. n. 19.

Vers. Secundum satis compertum est.

118 Pro tolerandis criminibus non licere maximè Ecclesiasticis Prælati quicquam percipere, colligunt communiter DD. ex cap. nemo 14. de simon. ubi Barbof. nu. 2. Idem de potest. Episc. part. 3. allegat. 107. nu. 19. Sic D. Gregor. lib. 5. in regis. reprehendit eos, qui à peccatoribus dona accipiunt. Senec. de benefic. lib. 2. c. 7. refert Julium Cæsarem munera Fabiani, qui multa scelera patraverat, respuisse, Adde Farinac. in prax. quest. 5. in principi. atque D. Bern. super Cantic. sermon. 77. ubi inquit, peccata populi comedere eos Iudices, qui potius de marfupis evacuan-dis. quàm de vitiiis extirpandis tractant.

Ad Num. 9.

119 Possunt Episcopi, alique iudices Ecclesiastici, cum sibi visum fuerit expedire, pecuniariis poenis delinquentes coercere, habetur Trident. d. cap. 3. c. 2. de pen. Clar. in prax. d. S. fin. quest. 80. nu. 5. Guttier. practic. lib. 4. q. 46. n. 46. Bobadill. in Politic. lib. 2. c. 17. n. 199. Barbof. in collectan. ad c. irrefragabili, n. 15. de offic. Ordinarii.

Idem de Inquisitoribus adversus hæreticam pravitatem, qui condemnationes Sancto officio jure applicant, docent Farinac. de heres. quest. 193. n. 108. Decian. tract. crimin. lib. 5. cap. 44. nu. 7. Zaf. in tract. de heretic. cap. 16. nu. 9. Eymeric. in director. Inquisitor. part. 3. q. 103. ubi Penna comment. 152. Rojas singul. n. 22.

Vers. Quartum, pra cæteris.

Poenæ arbitrariæ pecuniariæ, quas Episcopi, alii, que Prælati suæ Camerae applicant, debent in usus pios, non in propriam utilitatem converti, Tridentin. d. c. 3. Barbof. d. allegat. 107. n. 18. Quarant. in summ. Bullar. verb. poena pecuniaria. Bobadill. n. 200. Piafec. in prax. Episcop. part. 2. c. 4. nu. 99. in princip. Galerat. in margarit. cas. conscientia. verb. poena 1. Aufser. in Clement. 1. nu. 101. de offic. Ordinar. Clar. ubi proximè. Nec possunt applicari pro salario, Vicario, aliive Tribunalis Episcopalis Ministris, nec expendi in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut reparationem domus Episcopalis; nam ita declaratum est per Sacram Concil. Tridentini Congregationem Aldan. in compend. Canonicar. resolution. lib. 5. tit. 1. n. 8. 9. Barbof. in remission. ad Triend. d. c. 3. n. 25. cum seqq. Alois. Ricci. in prax. for. Ecclesiastic. decis. 300. n. 3. in noviss. impres. Stroz. de offic. Vi. 122. car. lib. 2. q. 141. in addit.

Vers. Quintum, etsi tutius sit.

Poenas pecuniarias jure Iudicibus delatas, licet Prælati in suos usus expendunt, Salced. ad Bernard. Diaz. in prax. c. 134. lit. C. Bobadill. n. 200. Barbof. d. alleg. 107. nu. 18. Cened. ad Decretal. collect. 170. nu. 1. Marc. Anton. Genuens. in practicabilis. Ecclesiastic. q. 25. Zerola in prax. Episcop. part. 1. verb. compositio, vers. Secundò.

Ibi: Qui idem esse probant.

Episcopus pauper licet percipit, ac in suos usus convertit, etiam poenas arbitrariis pecuniarias; quod præfata Sacra Congregatio declaravit, non obstante d. c. 3. Concilii Ita Ricci. ubi proximè, Barbof. nu. 19. Moltes. ad consuetudin. Neapol. part. 4. q. 64. n. 24. Bobadill. ubi proximè.

Ad Num. 10.

Adde Jas. in l. transigere, n. 41. C. de transactio. nib. Barbof. in collectan. ad c. 2. de penis, qui textus, ejus litera aliquantulum immutata, insertus est à Gratiano in Decreto in c. omnes Presbyteri. 17. q. 4. Apud Longobardos certa poena pecuniaria constituta erat in occidentes Clericos in Sacris, secundum cuiusque gradus dignitatem l. 27. tit. de liber. homin. homicid.

Ad Num. 11.

Episcopis Fiscum esse, negant Bart. in l. 1. nu. 126. 12. C. de bon. vacantib. lib. 10. Platea in rubric. nu. 13. C. de jur. Fisc. eod. lib. Bald. in rubric. ad finem, C. de privileg. Fisc. Azeved. in l. 12. n. 5. tit. 6. lib. 3. Rocop. Amaya in l. 1. nu. 38. C. de jur. Fisc. lib. 10. D. Larrea allegat. Fiscal. in proam. nu. 5. Qui duo afferunt posse consuetudine introduci, ut Episcopi Fiscum cum privilegiis Fiscalibus habeant. Et eis adde Pat. Suar. de Fid. dif. 22. sect. 1. n. 1.

Sed quod Episcopi, ac similes Prælati Fiscum five Cameraam teneant, cui poenas pecuniarias applicant, receptus est, ut fusiunt Merlin. de pignori. lib. 2.

Z 4